Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

ad supplicium eternum. O quanta
erit ibi iocunditas quando homo plena
rie cognoscat deitatem quoniam
anima ad ymaginem dei est forma
ta sicut primo anima veniet ad io
cunditatem de qua dicit apostolus quod
oculus non vidit nec auris audi
vit etc. Pete dominum ut ad iocun
ditatem huius cene pervenias. O quan
ta erit iocunditas vel anima au
diet cantus angelorum laudancium
et dicencium sanctus sanctus etc. O felix
anima cui dicet dominus intra in gaudium
domini tui. Pete dominum. ¶ Item dicitur ista
cena magna in refectione unde apos
non esurient neque sicient am
plius sed inebriabuntur ab ubertate domus
dei. Ideo dixit David: Saciabor cum appa
ruerit gloria tua. In illa cena erit
ferculorum diversitas. Primum ferculum est
assimulatio hoc est quod homo erit si
milis deo unde Johannes sanctus quod cum ap
paruerit similes ei eri[mus] et gloria.
Secundum ferculum est visio dei unde Ysaias: Re
gem in decore suo videbunt. Tan
ta est iocunditas faciei dei sicut dicit Au
gustinus quod dampnati vellent intrare vi
dere faciem eius si esset possibile et esse
in penis quam non videre et esse isto
modo. Unde psalmista: Videbunt recti et letabuntur.
O quam delectabile ferculum vel anima vi
debit Christum. ¶ Tercium ferculum est asso
ciatio angelorum non enim dedignantur esse
socii nostri. ¶ Quartum ferculum est sum
ma bonitas caritas et sapiencia
de ista fercula apponentur
deus in cena illa. Pete
dominum. ¶ Quarto est
cena illa magna
duratione quia est
eterna. Sol enim non
occidet ibi et luna non minuetur
quia dominus est ibi in luce semper
nam non est ibi sicut hic in mundo.
Multi sunt qui credunt se venire
usque in vesperam quibus sol occidit
in meridie. Deus. Ad hanc cenam vo
lentibus venire multa sunt necessaria.
¶ Primum est quod sit mundus. Non intrabit
ibi aliquis coinquinatus et non est mirum
si immundus repellitur. Magna esset
rusticitas qui sederet ad mensam
regis ad scutellam suam non lotis
manibus et si repelleretur non esset mi
rum sicut etc. ¶ Secundum est quod bene sit
ornatus. Unde legitur in Matheo quod ille qui
non fuit ornatus veste nupciali
reiectus fuit a nupciis. Similiter
est sponse ornamentum quod decet
huius diu mittere ad festum sic etc.
¶ Tercium est quod homo debet festinare
quia multi quererent intrare et non poterunt.
Quicumque tardabitur male locabitur.
Johannes baptista Nicolaus Katherina et
multi alii sancti festinaverunt intrare
quia a iuventute curreverunt ad dominum.
Sed multi sunt de genere ioculatorum
qui volunt bene comedere et bibere
et laute sed de suo nichil volunt
apponere. Sic vellent multi pervenire
ad regnum celorum sed nolunt pro eo
laborare sed ociosi. De eodem

Homo quidam fecit cenam
magnam. Luce xiiii. Istis verbis
duo notantur. Primum est largitas Christi
et hoc non cum dicitur vocavit multos.
Secundum est rusticitas illorum qui ad
hanc nobilem cenam venire nolu
erunt. Homo ille qui fecit cenam
magnam est Christus ille qui ex nimia
dilectione quam ad nos habuit. De qua per
totam epistolam legitur fecit nobis cenam

Ad festum corporis Christi invitatorio paratum et ad uti
litatem de quo se faciunt ali[illegible] ut prius dictum
est de dominica. Hodie nos invitat sanctus Lucas cum dicit
secundum quod homo fecit cenam magnam etc.